



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1860**

LXX. Der Rath zu Königsberg bestätigt, daß Lampert Grelle 6 Hufen in Grabow dem Georg - Hospital vermacht hat, am 26. Juni 1349.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

LXX. Der Rath zu Königsberg bestätigt, daß Lampert Grelle 6 Hufen in Grabow dem Georg-Hospital vermacht hat, am 26. Juni 1349.

Coram singulis presentia inspecturis Nos Consules Civitatis Königsbergensis tam presentes quam posteri gaudentes pia donatione proprietatis sex mansorum infra metas et limites Ville Grabow sitorum ab honestis Famulis, dictis Hoveschen, hactenus possessorum, ab Illustri Principe et Domino nostro Ludevico Romano, Terre Brandenburgensis Marchione, ad instantiam discreti Viri Lamberti Grelle, nostri dilecti Concivis, nobis date atque concessa Ejusdemque Lamberti laboribus et parata pecunia comparate vel emte publice profitentes protestamur, Quod honesto viro Lamberto Grelle sepe dicto sueque probe et honeste uxori legitime Mechtildi contulimus et in presentibus conferimus prefatos sex mansos, infra limites ville supradicte iacentes, cum supremo et infimo jure, cum pascuis, pratis, lignis, paludibus, justitia, fructibus, honoribus, commodis, utilitatibus, nec non cum singulis proventibus ad ipsos quoslibet spectantibus, ab omni servitio liberos et exemptos quiete et pacifice temporibus tantum vite sue possidendos, quemadmodum eosdem mansos prenarrati Famuli Hoveschen hucusque possiderunt, istis conditionibus adjectis: Quecunque illarum personarum Lambertus videlicet vel uxor ejus Mechtildis prior de hoc mundo transierit, ex tunc alia, que supervixerit, eosdem mansos sex et totum fructum eorum integre percipiet et obtinebit omni postposita contradictione et impedimento sublato: Ambobus autem divina Clementia de hoc seculo vocatis, media pars dictorum mansorum, videlicet tres mansi cum suis proventibus singulis ad Ecclesiam intemerate Virginis Sancte Marie Parochialem nobiscum cadere et pertinere omni jure et justitia premissa debet; Et alii tres mansi cum suis fructibus et aliis proventibus satis scriptis simili forma pauperibus in Hospitali nobiscum apud S. Georgium existentibus, distributis ipsis eisdem fructibus in cibos et victualia spectare large debebunt ac in perpetuum tam Ecclesie nobiscum Parochiali quam Pauperibus sine qualibet fractione permanebunt, quemadmodum etiam dictus Lambertus Grelle et Uxor ejus Mechtildis hujusmodi mansos cum suis derivaminibus ex pura devotione et animarum suorum Parentum ac propriarum salutiferum in remedium sua pecunia parata emerunt, comparaverunt et nobis testibus deputaverunt pro testamento assignantes. In quorum omnium majus testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes autem hujus sunt discreti viri pro nunc Consules Betekynus Halle, Lambertus Grelle predictus, Johann Gobbyn, Heinricus Geize, Henningus Rüdinger, Senior Bollo Sarnow, Cunradus Monachi, Nicolaus Horn, Nicolaus Hellewig et quam plures alii fide digni. Datum Anno Domini MCCCXLIX, feria VI proxima post diem beati Johannis Baptiste.

Königsberg I, 266. 267.